

cessitate cum propriæ vita detimento : ut cum D. Thom. 2. 2.q. 26 art. 4. afferunt Valent. ubi proxim. vers. Sed an tunc Par. Suar. d. disp. 9. scđt. 3. n. 1. & omnes Theologi & diximus sup. lib. 1. c. 2. n. 81. Sed tamen interfici, nec publica autoritate potest, ut probavimus hoc c. n. 9. Ex quibus omnibus concludendum est cum D. Covar. hic, non posse Statuto caveri, aut consuetudine introduci, quod homo innocens ex proprio consensu ad poenam corporalem pro alterius crimen teneatur, non quiaactus ipse se obligandi sit illicitus, sed quoniam exequitio talis poenæ in innocentem jure naturali sit verita, adversus quod consuetudo, aut humana constitutio prævalere non potest ; cap. fin. de consuetud. ubi notatur, §. ult. Inf. de capite. diminut.

Ad Num. 9.

137 Excommunicatio ferri non potest in universitatem personarum, ut in Collegium, aut Civitatem. Pat. Suar. de censor. disp. 18. scđt. 2. n. 2. Mar. Alter. eod. tract. lib. 3. disp. 10. c. 6. vers. in hac diff. ultate. Tusch. lit. V. conclus. 266. n. 1. Vivian. in prax. jur. patronat. lib. 8. c. 4. n. 15. Menoch. conf. 207. n. 45. & de arburar. cas. 598. n. 19. Bonac. tom. 1. tract. de censor. disp. 1. quæst. 1. punct. 4. n. 11. Gonzalez ad reg. 8. Cancular. glos. 37. n. 7. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. 2. c. 17. dubit. ult. n. 11. Navar. in manual. c. 27. n. 16. Pat. Vazq. in opuscul. tract. de excommunicat. anb. 17. n. 8. Aviles in c. 1. Prator. glos. de nigra manera, Filiuc. in summ. tract. 11. c. 5. quæst. 6. n. 138. Cenud. ad lib. 6 Decretal. collectan. 25. n. 1. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 17. de potest. Clau. punct. 4. Cardof. in prax. Juic. verb. Civitas. n. 5. Dian. part. 5. tract. 9. resolut. 38.

138 Quod procedit sive excommunicatio feratur in Universitatem tanquam personam fictam, & politicam, animæ rationisque expertem, sive in eam quatenus personas complectitur, quas excommunicare ligare intendit ; nam in utroque casu prohibito cap. Romana. §. In universitatem, de jentente. excommunicare in 6. locum obtinet, ut notat Suar. ubi proximè, Alter. ubi sup. vers. Tertio collegium.

Ibi : Præterea ipsa universitas.

139 Universitas personarum capax est, ut in delictum incidat, vel admittat peccatum propter quod possit poena excommunicationis inferri, c. quanquam 4. §. 1. de censor. Clement. 1. §. 1. vers. Civitas autem, de Pan. Pat. Suar. d. n. 2. Bart. in. aut facta. §. Nonnunquam. n. 9. ff. de pœn. Menoch. conf. 2. ex n. 32. Boër. tract. de sejunctis. q. ult. Mar. Alter. sup. vers. Secundo tota universitas. Quod verum est in concreto considerata, non in abstracto, quæ distinctione statim explanabitur. De quibus latè Menoch. d. cas. 598. per tot. ubi quando Universitas dicatur delinqueret, & quomodo puniatur ?

Ibi : Hæc autem ratio sufficiens non est.

140 Universitas hujusmodi dupliciter potest concipi, vel ut sic, sive in abstracto (aut Philosophi aiunt) idest per se, quatenus est persona ficta, à subjectis, ex quibus contestat, separata, aut in concreto (quod materialiter D. Covar. appellat) hoc est juncta hominibus, qui ejusdem sunt partes, quemadmodum de hæreditate solemus dicere. In prima acceptance à personis sub se contentis differt. I. sed si hac 10. §. Quæ manumittitur ff. de ius vorand. l. sicut 7. §. Si quid, ff. quod curuq. univer. nomine, l. in tantum 6. §. Universitas. ff. de rer. divis. l. §. Servum muni-

cipum, ff. de quæstionib. Carmel in Theolog. fundament. n. 327. Vivian. sup. n. 16. 17. Menoch. conf. 1061. n. 31. Felin. in c. cum accessissim. n. 22. de constitutio- nib. quare appellatione personarum, universitas sic accepta non continetur. Bald. in c. 1. §. Conventicula, de hac. tenend. in usib. feudor. Vivian. n. 11.

In secunda vero acceptance, Universitas iden- tificatur cum illis, quos complectitur, ita ut quod de illa disponitur, de singulis, qui eam componunt, dispositum intelligatur, si cognatis 20. §. 1. ff. de reb. dub. quo sensu dicimus Universitatem delinquere ; nam quatenus est persona ficta, delictum perpetrare non potest, nam anima careret, & absque voluntati non delinquitur. l. 1. §. 1. ff. si quadrup. pauper fecis- dicat. l. 1. §. Divus ff. ad leg. Cornel. de sicariis. l. cum autem 23. §. Excipuer. et l. 1. ff. de editit. editit. Sic etiam accipitur, cum agitur de Ecclesiastico inter- dicto, siquidem interdicta Universitate, singuli de illa manent interdicti, ut paulo inferius probabimus. Nullo modo Universitas potest excommuni- cari, ut dictum est nuper, n. 138. De qua distinc- tione Universitatis, Alter. sup. vers. Tertio collegium.

Idem juris erit si excommunicentur omnes cives 142 alicuius civitatis, nam hæc excommunicatio ad Universitatem refertur, argument. l. 2. ff. de reb. dub. Debent igitur singuli nominatim excommunicari, aut sub aliqui certa demonstratione, per quam solum qui deliquerint comprehendantur, ut si dicatur : Excommunico cives Mediolanenses, qui hoc facinus admiserunt, vel admiserint : nam per hujusmodi formam providetur, ne infantes puniantur ; ita P. Suar. de censor. disp. 5. scđt. 2. n. 2. Bonac. sup. d. n. 11. vers. Dixi.

Ex præmissis apparet, rectè à D. Covar. ut defec- tuosam rejici rationem à Canonistis traditam, quam novissimè sequitur Vivian. d. c. 14. n. 15. nam etsi Universitas in abstracto considerata caret anima, tamen in concreto accepta cum homines contineat, qui animum habent, capax est excommunicatio- nis, quæ in singulis de communitate redudent sed hoc prohibetur in d. §. in universitatem, ubi Pon- tifex loquitur de Universitate in concreto, ut patet ex ratione, quæ in eo textu redditur, & advertit Pat. Suar. disp. 18. scđt. 2. n. 2.

Vers. Fortassis ea est ratio.

Ratio hæc tradita à Pontifice, in ditt. §. In U- 144 niversitatem, quam D. Covar. exornat, ab omnibus communiter probatur ; quoniam iniquum fore, ut innocentes tam gravi poena spirituali tene- rentur, P. Suar. d. disp. 18. scđt. 2. n. 3. Bonac. d. n. 11. Alter. sup. vers. Responso ad dubitationem, & alii laudati sup. n. 137.

Ibi : Culpa mortalis criminis perpetratum.

Excommunicatio major nisi pro culpa mortali 149 nequit imponi, P. Suar. ditt. disp. 5. scđt. 3. per tot. Delbene sup. tom. 2. c. 19. dub. 25. n. 2. Guttier. Cano- nical. lib. 1. c. 7. n. 23. 24. Sanch. in Decalog. lib. 2. c. 8. n. 7. Menoch. cas. 598. n. 14. Navar. in manual. c. 27. n. 9. Mar. Alter. de censor. lib. 3. disp. 1. c. 1. in princip. August. Barbos. de potest. Episcop. p. 3. alleg. 96. n. 28. D. Covar. in c. alma matr. p. 1. §. 9. n. 1. Div. Thom. in 4. disp. 18. q. 2. art. 1. Salas de legib. d. pp. 16. scđt. 9. ad fin. Filiuc. tract. 11. c. 6. q. 2. Bonac. d. tract. de censor. disp. 1. q. 1. punct. 3. prop. st. 3. n. 6. Pat. Vazq. tom. 4. in 3. p. dub. 12. de excommunicat. n. 2. Dian. p. 3. tract. 5. resolut. 66. Rationem reddit Mar. Alter. ex D. Thoma, quia scilicet cum per excom- municationem homo ab ingressu Regni Coelestis excluda-

excludatur, juxta illud Matth. 18. ibi. Quæcumque alligaverius sup. r. terram. &c. Quæ verba etiam ad potentiam ligandi per censuras in foro exteriori referuntur, ut notat ibid. m. D. Augustin. Mar. Alter. p. 1. disp. 37. lib. 1. c. 1. vers. Et ad dubitationem, Castr. adver. baref. lib. 6. verb. excommunicatio. Ludou. Magon. in cyp. militant. Eccles. v. v. Excommunicatio nequit talis poena infligi, nisi praecedat culpa, quæ illa digna sit, qualis est peccatum lethale.

146 Sed quanvis aliquis peccatum mortale per ac- tum omnino internum perpetraret, censura hac ligari non potest ; quoniam Ecclesia ob actus mere internos poestatem coercendi non habet : Mar. Alter. d. lib. 3. disp. 1. c. 2. vers. Mod. his annotat. Diana. p. 5. tract. 9. resolut. 48. Unde si quis ita leviter Clericum percuserit, ut diuinxat venialiter peccet, juxta actionem exteriorem, excommunicatio non incurrit, quanquam ex pravo animo graviter offendit culpan mortiferam admittat, Sà in summ. verb. excommunicatio, in explicat. Bull. Cœ. n. 3. Enriq. lib. 6. de penitent. cap. 14. nu. 6. & lib. 13. de excommunicat. cap. 17. num. 2. Sanchez ubi p. oximè, Guttier. sup. ditt. lib. 1. c. 5. n. 13. Emmam. Rodig. in junma, tom. 1. c. 80. n. 8. in 2. edit.

147 Si autem sententia majoris excommunicationis proferatur pro peccato veniali, erit ipso jure nulla, Pat. Suarez d. scđt. 3. n. 7. Nec valebit quamvis Pontifex eam ferat, idem Suarez n. 4.

Ibi : Ex quibus appareat excommunicatio- nem posse.

148 De hoc diximus sup. num. 142. Et ita tenent communiter DD. quia cessat ratio d. §. In universitatem, cum solum delinquentes pena afficiantur, Mar. Alter. d. lib. 3. disp. 10. c. 6. v. r. Dico tertio.

Ibi : Eadem ratione etiam.

149 De hac quæstione, an scilicet sententia excom- municationis in Universitatem prolata tencat, ut nocentes liget, agit late Mar. Alter. d. c. 6. & omni- no non valeret refolvit, nisi à Pontifice feratur, vers. R. spondeo ad dubitationem, & v. r. Dico secundò, quod verius ac receptius est ; quamvis à quocumque latente culpabilis, sentient Cen- ned. d. col. 25. n. 3. Zerol. in prax. Episcop. part. 2. verb. excommunicatio, vers. 7. quos refert Barbos. in collectan. ad d. c. Romana, in fine.

Ad Num. 10.

150 Interdicto Ecclesiastico affici potest communica- tas, ut Collegium, Civitas, proper eius delictum, aut Superioris Ecclesiastici vel secularis, qua cen- sura etiam innocentes ligantur ; Decian. part. 5. tract. 9. resolut. 38. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 17. punct. 4. Tusch. lit. 1. concl. 276. n. 5. & lit. V. concl. 266. n. 5. Pat. Suarez ditt. 32. scđt. 2. n. 11. D. Covar. in d. cap. alma mater. p. 2. §. 1. n. 4. Bonac. sup. vers. Dixi. Coninch. de Sacrament. tom. 2. disp. 13. dub. 6. n. 46. Ugolin. sup. tab. 2. cap. 26. Aug. Barbos. in collectan. ad cap. si sententia. n. 4. de sentent. excommun. in 6. Mar. Alter. tom. 2. tract. de interdict. disp. 1. c. 5. vers. Respondeo per interdictum, Menoch. d. cas. 598. n. 21.

151 Inpuberes etiam interdicto astringuntur, modis usum rationis habeant, qui ad peccatum sufficit ; Pat. Suar. disp. 36. scđt. 2. n. 7. Delbene sup. c. 13. in fin. D. Covar. d. part. 2. §. 4. n. 5. vers. Duode- cimo, Azor. tom. 1. lib. 7. c. 41. q. 10. Henr. lib. 13. Faria addit. ad Covar. Tom. 4.

de Irregularit. c. 3. n. 2. in g. off. lit. Z. Salas de legib. d. disp. 14. scđt. 13. n. 226. Sanch. sup. lib. 1. c. 12. n. 10. Sed poenas adversus violantes Interdictum jure impositas non incurrit, ut advertit Delbene ubi proximè. Infantes verò amentes aliive rationis expertes, poenæ non subiecuntur, interdictique nullo modo censurantur ; quare poterunt Divinis adesse, nam talis assistentia rationalis non est, quæ sola prohibetur ; Sanch. & D. Covar. ubi proximè. Delbene n. 16. Bonac. d. tract. de censur. d. sp. §. p. 1. n. 21. A vilia col. tract. p. 5. disp. 1. d. lib. 4. concl. 6. Mar. Alter. sup. c. 5. vers. ex his. Dubitatur tamen an cadavera hujusmodi personarum possint in Ecclesia non in eredita sepeliri, cum Interdictum personale generale est, sed non locale ? Negant Aug. Barbos. in collectan. ad cap. quod in te. n. 10. de pœnit. Alter. vers. 2. dico. De bene ubi proximè. Bonac. punct. 5. n. 9. qui alios alegant. Sed contrarium tenet Suarez d. scđt. 2. n. 8. quod rectè probat, & planè deducit ex traditis infra, n. 161.

Interdicta civitate, etiam cives absentes tempore 152 Interdicti ligantur, Bonac. d. punct. 1. n. 19. Alter. vers. R. spondeo etiam. Quod fallit, quando quis habet duplum domicilium, unum in loco interdicto, & alibi alterum ; nam si non habiter ubi est interdictum, & eo non innodatur. Bonac. n. 20. Sylv. st. verb. Interdictum 2. n. 13. P. Suar. d. sp. 2. lib. 2. n. 16. Diana. p. 5. tract. 10. resolut. 70. De quo videri possunt multi, quos laudat Bonac. Sed populo interdicto Clericus comprehenditur c. si sententia 16. de sentent. excommunicat. in 6. D. Covar. sup. p. 2. §. 1. n. 7. Frederic de Senis conf. 32. B. n. 1. punct. 1. n. 15. Tusch. d. concl. 76. n. 5. Alter. vers. Quod in d. b. i. & alii communiter.

Ibi : Nam isthac pœna spiritualis non est.

Interdictum poenam spiritualem communiter 153 DD. dicunt, cum privet hominem bonis spirituibus, assistentia scilicet Divinorum, Ecclesiastica & cultura, ac quorundam Sacramentorum recep- tione ; & ita eam appellant Bonac. pu. lib. 1. n. 5. Pat. Suarez ditt. 38. scđt. 1. n. 1. qui ditt. 36. nu. 10. D. Covar. expensis impugnat alle- riens, id est innocentes hac poena teneri, quia bona, quæ interdictum auferit, non sunt simpliciter ne- cessaria, & alii modis eorum jactura potest resar- ciri, & alia circa hoc videnda tradit ; ex d. n. 10. Adde Glos. in d. cap. si sententia, verb. interdicti. Sed D. Covar. assertio sic defendi potest, ut dicamus Interdictum non esse pœnam spiritualem, quia non auferit ea, quæ de necessitate ad salutem æter- nam desiderantur, ut Suarez ait.

Ibi : Unde civibus interdictis.

Constituens domicilium in Civitate generali 154 personali interdicto aff. & censuram hanc incurrit, Pat. Suar. scđt. 1. n. 16. Tusch. ubi proximè. n. 1. Bonac. punct. 1. n. 19. Senis sup. n. 5. ver. Sed si non essent, Alter. vers. R. spondeo durante Palud. in 4. ditt. 18. quæst. 8. art. 1. §. Quod secundum. Quod limita, si jam omnibus extinctis civibus in ereditis, alii ad eandem Civitatem habitandam accedant, ibique domicilium constituant, Alter. vers. Respon- do. cum diximus.

Similiter pueri, qui erat usus rationis expers tem- pore, quo cœpit civitas esse interdicta, quamvis tunc non innoderetur censura, ut nuper aiebamus ; Pat. Suar. disp. 36. scđt. 2. n. 7. Delbene sup. c. 13. in fin. D. Covar. d. part. 2. §. 4. n. 5. vers. Duode- cimo, Azor. tom. 1. lib. 7. c. 41. q. 10. Henr. lib. 13. Faria addit. ad Covar. Tom. 4.

cendum est, si resipiscat, cùm eadem militet ratio.

Ibi : Sic è contrario civis interdictus.

**156** Civis sub generali interdicto populi comprehensus, qui nullam causam tribuit, seu culpam admisit, alio domicilium transferens à censura liberatur, Pat. Suar. disp. 38. n. 26. 18. D. Covar. sup. n. 6. vers. Quod si perdone, Sylvestr. ubi proximè, à n. 10. Bonac. d. n. 19. Tusch. d. conc. 276. n. 19. Sen. sup. n. 4. 5. vers. Simile est, & ver. Si non essent. Alter. vers. Secundò hoc.

**157** Idem est, si communitas dissolvatur, nam inculpabiles ab interdicto immunes remanent. Pat. Suar. ubi proximè, n. 15. eadem ratione potest dici à censura eximi, qui durante Interdicto, quo ligatur, in amentiam incidit; nam hic adesse Divinis minime prohibebitur, cum ejus assentientis rationalis non sit, quæ solum est verità, ut ex Sanch. diximus sup. n. 151. sepeliri vero propter supervenientem amentiam in loco sacro non poterit, nisi mentis compos posset, quia privato sepulture respicit cadaver, quod anima, rationeque caret sufficitque aliquando hominem hanc censuram incurrisse, ut sacræ sepulture tradi nequeat ejus cadaver, nisi absolvatur, quamvis in eo, qui à tempore impositi interdicti mentis erat impos, aliud probaverimus. d. n. 151. quod optimè convincit ratio quæ afferit Bonac. in punt. 5. n. 9. à nobis laudatus ibidem.

**158** Alter omnia praemissa se habere, familia interdicta, putat Bonac. d. punt. 1. n. 16. inquit enim, accedentem ad familiam interdictam, ut familiaris fiat, non interdici; & contra qui à familia eadem discedit, non eximi censura, quamvis sit inculpabilis; quia hoc Interdictum generale non est, Alter. vers. Ut sciamus. Sed hæc ratio non omnino convincit, cum quoad personas de familia generale sit interdictum.

Ibi : Primum quod se iudex.

**159** Interdicta civitate interdicto personali, etiam per consequentiam censetur locus eidem censuræ subiici, ita ut in eo nequeant, adhuc exclusis interdictis, Divina celebrari. Hoc tenet itidem, a latè probat D. Covar. d. §. 1. n. 7. vers. Secundò hic est adnotandum; Valent. tom. 5. disp. 7. punt. 2. vers. Quart; Navar. sup. c. 27. n. 168. Tusch. n. 12. pro quibus facit text. in cap. quod nonnullis 25. de privilegi. cui tamen responderi potest, ibi fermonem esse de Interdicto locali, ut patet ex verbis: Commune terra, quæ ad loca referuntur, cap. cum in partibus, §. ult. de verb. significat.

**160** Contrarium vero adversus D. Covar. docet Alter. sup. c. 6. verl. Verum contraria Domin. Sot. disp. 22. quæst. 3. art. 1. Pat. Suar. disp. 32. seq. ult. n. 32. ubi latè probat adducens cap. 1. de usur. in 6. quod san. Glos. ibi, verb. ipsorum, rectè interpretatur; nam illud, Terra ipsorum, non denotat, generali interdicto personali esse locale addendum, sed quod propter contumaciam Universitatis interdictæ, censura extendetur ad omnes, qui ejus jurisdictioni subiiciuntur, & ita eveniet, ut propter culpam Superioris innocentes plectantur. Potest nihilominus hæc sententia ut æquior defendi, ne penarum extensio concedatur.

Ibi: Secundum, is, qui habitat in loco interdicto.

**161** Interdicto generali personali ligatus, qui culpæ reus non est, potest in loco Sacro non interdicto sepeliri, Glos. in clement. 1. verb. nominativi, de sepultur.

Dian. part. 5. tract. 10. resolut. 66. Pat. Suar. disp. 35. seq. 3. n. 2. ubi probat ex extravagante ad evananda, Cornei. de Interdict. disp. 5. §. 5. q. 2. Mar. Alter. disp. 6. c. 5. vers. Si autem loquamur, Bonacir. dicit. punct. 5. n. 4. Vgolin. tab. 5. c. 9. §. 4. &c. alii. Atque ita ampliandum est; quod D. Covar. docet in præsentia; nam à fortiori qui nullo modo interdictus est, etiæ decedat in loco, ubi est interdictum generale locale, aut personale, poterit ad locum non interdictum deferriri, ut ibi sacræ sepulture tradatur, sic tenent Alter. ubi proximè, disp. 1. vers. Dicimus secundò Bonac. n. 5. Henr. li. 1. 3. c. 44. n. 4. Reginald. li. 32. tract. 3. c. 28. n. 37. Pat. Suar. disp. 35. seq. 1. n. 3.

Vers. His omnibus accedit,

Cum Scyllaceni duos Episcopos suos continuò 162 interfecissent, Gelafius Papa in cap. ita nos ult. 25. q. 2. decrevit, ut civitas illa dignitate Sedis Episcopalis privaretur; ex quo textu notant communiter DD. quæcumque civitatem, quæ proprium occiderit Pastorem, similiter esse puniendam; modò ille jam fuisse in Episcopum consecratus, de quo Ricciul. de jur. personar. ext. grem Eccles. lib. 3. c. 7. n. 9. Bonac. sup. punct. 6. n. 3. Farinac. in prax. tom. 1. q. 1. 12. inf. 2. n. 131. Bajard. in addit. ad Clar. §. fin. quæst. 77. n. 29. Menoch. de arbitr. cas. 598. n. 2. idem docet, si communitas Cardinalem interficiat, Farinac. quæst. 24. n. 122. similiter plectitur, si impedit Inquisidores munus suum exercere, vel Summi Pontificis electionem fieri, cap. ad abolendam, §. Civitas, de heretic. cap. ubi periculum 3. §. Civitas, de elect. in 6. Menoch. n. 23. & 24.

## AD CAPUT IX.

Pœna quomodo commensuranda delicto facti, & personarum qualitate perpensa.

### S U M M A R I U M.

- 1 Pœna est commensuranda delicto.
- 2 De talionis pœna, & n. 3. 4. 5.
- 3 Jūdex qua pœna teneatur, qui perperam judicat in causa criminali, & n. 7. 8.
- 4 Quando obijcentes crima in judicio ab inscriptionem tenebantur.
- 5 Inscriptio quid sit, & qua forma fiebat.
- 6 Acculatores olim non probantes pœnam objecti criminis sustinebant: bide judicis arbitrio coercentur.
- 7 Calumniator punitur ex actis judicii, in quo calumniam est.
- 8 Testis qui in causa ex qua pœna corporalis est irroganda, falso contra innocentem deponit, quomodo plectatur? & n. 14. 15.
- 9 Homicidium qua pœna sit dignum, & an valeat statutum pecuniarium tantum pro illo inferens? usque ad n. 21.
- 10 In coercendis delictis potius in lenitatem, quam in rigorem propendendum.
- 11 Graviora delicta acrius punienda.
- 12 Justitia maxima patrimonii gravis pœna existimat.
- 13 Occidens in rixa ex tempore, quomodo punitur, & n. 26.
- 14 Pro defensione honoris licet injuriantem occidere in continentia.
- 15 Pœna minuit ei, qui post multum temporis punitur, usque ad n. 34.
- 16 Sacri eloqui interpretatio traditur.

- 36 Nobilis quando meiens, vel acrius puniatur, quæ plebejus, ad n. 40.
- 37 Quæ persona torqueri non possint? ad n. 45.
- 38 Quæ probatio requiritur nobilitatis, ut reus non torqueatur.
- 39 Torqueri qui non possunt, quando metus torturæ eis licet inferatur.
- 40 Confessio tormentis, aut metu eorum extorta à persona privilegiata, non tenet.
- 41 Nobilis suo privilegio renunciare non potest, ut torqueatur.
- 42 Privilegiati pro quibus delictis tormentis subjeciantur.
- 43 Nobilis ignominiosè plectendi non sunt, Limita, n. 53. 57. 58.
- 44 Reus leæ Majestatis torqueatur nullo obstante privilegio.
- 45 Nobilis reus leæ Majestatis in Hispania decapitatur.
- 46 Furcarum supplicium decapitatione lenius, sed turpius.
- 47 Divites Nobilium privilegiis num gaudent?
- 48 Mandans, & exequens delictum, pariter puniuntur. Limitatur ibi, & etiam quoad consilientem & auxiliantem, n. 60.
- 49 Qui non habet in bonis, vel honore caret, luit in corpore. Limitat. n. 64.
- 50 Habens in bonis non auditur volens potius corpore luctare, quæ pœnam solvere.
- 51 Nobilis pœna penitentia propter inopiam, in corporalem commutanda non est.
- 52 De pœna abstensionis manus, aut alterius membris, & n. 66. 67.
- 53 Reo in aliqua arte, vel scientia insigni, pœna mortis irroganda non est; usque ad n. 72.
- 54 Delinquentes publica autoritate interficere licet.
- 55 Jūdex potest, iusta existente causa, pœnas legis lenire, vel aggravare, de quo ad n. 129.
- 56 Judices Ecclesiastici an possint pœnas pecuniarias pro delictis irrogare? ad n. 120.
- 57 Quibus applicande, usque ad n. 124.
- 58 Episcopi utrum fiscum habeant, & n. 126.
- 59 Episcopus, ejusve Vicarius Fiscalem creare potest.
- 60 Bona Clerici heretici cui applicentur, ad n. 130. Quid in Hispania, n. 136.
- 61 Bona hereticorum citè applicentur, ad n. 137.
- 62 Jūdex Ecclesiasticus si confisicationem bonorum hereticorum in sententia omittat, potest Fiscus ejus bona occupare.

**I**NTER delicta, & pœnas proportionem esse servandam, ne statera iustitia perperam in lenitatem, eut saevitiam inclinet, ratio naturalis suadet. Sic primus homicida, qui fratrem peremperat, se occidendum pertinuit, supplicium simile sceleri expectans. Genes. 4. vers. 14. Omnis igitur, qui viderit me, occidet me. Quod utique, tum Divino, tum humano jure certum comprobatum, Levitic. 24. vers. 19. Qui irrogaverit maculam cuiuslibet civium suorum; sicut fecit, sic fit ei. Apocalyp. c. 13. vers. 9. Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadet. & capite 18. vers. 7. Quantum glorificavit se, & in delictis suis, tantum date illi tormentum, & luctum. Idem in jure Pontificio, c. 2. in fine, de iis, q. sunt à major. part. Capit. alt. §. Illud autem, de pœn. in 6. Clement. 1. §. Nec super. eod. titul. cap. non afferamus 21. 24. q. 1. cap. querat hic, 44. de pœnitent. dist. 3. Trident. 1. 24. c. 8. Iure Regio, l. 5. in fine, titul. 9. lib. 3. Recop. l. ut lim. tit. 6. part. 7. l. 8. titul. 31. ead. part. Iure Civili, l. resipendum 11. ff. de pœnl. unit. §. Quæ multo, C. de rapt. virgin. Authent. omnes peregrini, in fine, C. Faria addit. ad Covar. Tom. I.

Ibi: Nam licet eam existimet acerbam?

Talio acerba quoque vila fuit Seneccæ de ira, l. 2. §. c. 32. inhumani, art. verbum est, & quidem pro justo receptione, ultio, & talio non multum differt, nisi ordine. Et sane acerbitas forsitan propter duritiam cordis Hebræorum fuit opus. Marc. 10. vers. 5. quos in virga ferrea regere oportebat, Psal. 2. vers. 9. nam & leges Divinae eis, quibus imponuntur, adaptantur, nec semper fuit præceptum, quod per se melius erat, sed quod magis expediebat intra iustitiae ac rationis naturalis limina; ut patet in repudio, & aliis, de quibus Matib. c. 5. à vers. 20.

Ibi: Imò, & nunc hanc Talionis pœnam.

Jūdex, qui omittit iuxta criminis qualitatem pœnam imponere delinquenti, supplicium idem sustinet; quod in alium exequi neglexit, l. 20. tit. 6. lib. 3. Recopilat. Greg. Lop. in l. 25. glos. 3. tit. 22. part. 3. Clar. Y 3